10ma. **But** pro **only**, Latinè est, *tantùm, modò, solùm*; ut, **They differ but about one thing,** *De unâ solùm re dissident.* **But for this one time,** *Hâc tantùm vice.* **But.** i. **but that** (Inter Negativum aut Interrogativum & verbum finitum) *quin, qui non, ut non*; ut, **There is no day but he comes to me,** *Nullus est dies, quin (quo non) ad me venitet.* **But.** i. **except** (Casum regens) *Præter*; ut, **Thou canst rellish nothing but roast meat,** *Nihil tibi sapit præter assa.* **But.** i. **except, unlesse,** (post

(post Negationem vel Interrogationem) *Nisi*, *præterquam*; ut, What is it to be in love, but to play the foole? *Quid aliud est amare, nisi inepti-re?* He doth nothing but play, *Nil nisi ludit. Nullas dedi literas, præterquam ad te. Nil, nisi considerátum, prodibat ex ejus ore.* Singulare est, *Non possum non legere*, I cannot but read, & similia.

11ma Nomen repetitum cum Præpositione intercedente est Adverbium; ut, One by one, *Sigillatim*. Man by man, *Viritim*. From doore to doore, *Ostiatim*. By little and little, *Paulatim*. Face to face, *Coram*. Word for word, *Verbatim*.

12ma. *Quin*, Interrogativum est *Quî non?* vel, *Cur non?* ut, *Quin surgis?* Why rise you not?

13tia. Enclitica, *que* & *ve*, Illi soli, quam præcedenti copulant, postponuntur dictioni; ut, *Tuta frequénsq, via est*, &c. *Ne*, Interrogativum adhærescit primæ quæstionis dictioni; ut, *Tun' hoc dixisti? Hoccine tu dixisti? Dixistin' hoc tu?*

14ta. (Of) Anglicanum, quoties cum Præpositione (concerning) commutare poteris, Latinè est Præpositio (*de*;) ut, I spake of this. i. concerning this, De hoc loquutus sum.

15ta. In his & ejusmodi locutionibus Anglicanis, Ovids works, Tullies Orations, The Papists Conspiracy, for, The Papists their Conspiracy. Pompeius-his Letter, or, Pompeius Letter; Romanam Linguam (quæ posterius duorum Substan-

 tivorum

tivorum ſolet priori tantum-non ſemper antepo-nere) imitata videtur noſtra vernacula. Eſſet e-nim Grammaticè, **The works of** Ovid. **The Orations of** Tully. **The Conſpiracie of the Papiſts. The letter of** Pompeius. Latinè, *Ovidii Opera*; *Tullii Orationes*; *Papiſtarum Conjuratio* ſi-ve *Conjuratio Pontificia*; *Pompeii Epiſtola* ſive *Pompeiana.*

Notabis obiter, Quoties ſignum, **of,** in parago gicam hanc, ſ, vel, **his**, potes vertere; **of** illud ſemper eſſe ſignum Genitivi Caſûs.

16ta. (**To**) atq; (**into**) poſt verba aut par-ticipia ſignificantia motum ad locum, ſunt ſemper Præpoſitiones Latinæ (*ad*) & (*in*, regens Accu-ſativum) ut, *ad urbem acceſſi*, **I came to the City**, non, *Urbi. Tu, quæſo, quando in ſcholam veniſti?* non, *ſcholæ.*

17ma Polyſyllaba in (**ing**) Subſtantiva ſunt (non Participia præſentia aut Gerundia,)

Primò, quando pluralem admittunt in (ſ) deſinentem; ut, **Out of ill beginnings.**

Secundò, quando habent Adjectivum præpoſi-tum; ut, **This faire building. This good end-ing.**

Tertiò, quando particulæ (**a**) & (**the**) præ-cedunt & (**of**) ſubſequitur; ut, **a writing**, *Scrip-tura.* **The handling of the cauſe,** *Tractatio Cauſæ.*

18va. Dictiones in, **ing,** poſt ſignificationes ver-bi *ſum,* verba ſunt; ut, **What is he doing? ma-king**

king himselfe ready, *Quid ille agit? Induit sese.* Post verba motûs, sunt priora Supina; ut, He is gone a hunting *Abiit venatum, venaturus, &, venandi animo.*

19na. Vocula Anglicana (being) Latinis maximam partem nihil est; ut, My father being a man loveth me a child, or being a child. *Cœnâ peractâ,* Supper being ended. *Petrus ægrotans petivit potum,* Peter being sick. *Illud semel auditum magnas dedit turbas,* That being once heard——

20ma. Hæ voculæ (in, with, through and by) ante Nomina personalia semper sunt Præpositiones; ut, *Dolus est in hoste* non, *hoste. Apud Deum est misericordia. Tecum fuit non ita pridem. Misi Literas per tabellarium,* non, *tabellario. In milite unius fors, In Imperatore universorum est periculum. Non nisi Larvæ luctantur cum mortuis. Mobile mutatur semper cum principe vulgus. Nihil interest utrum per alios, an per seipsum faciat.*

Admonitio. Anglicanæ Præpositiones (by & through) Latinis sunt *à, ab, ê propter, juxta*; ut, *A te factum est scelus hoc. Ab Adamo mors intravit. Gravida ê Pamphilo facta est. Propter hunc assiste. Juxta te sum,* I am hard-by thee.

21ma. In his & hujusmodi Locutionibus Anglicanis The harder your charge is, the greater be your care: The more I love you, the more Letters I write to you: Priori, the, respondet apud Latinos *Quò* vel *quantò*; Posteriori, *eò* vel *tantò*; ut, *Quò durior est Provincia, eò intensior sit cura.*

Quò

Quò te magis amo, eò plures ad te scribo Literas. Aleator quantò doctior, tantò nequior, The better Gamester, the worse man.

22^la.^ As for mee, As for him, As for the Common-wealth, & similia, Latinè sunt, *Me quod attinet, Illum quod spectat, Ad Rempublicam quod attinet*, &c.

23^tia.^ Six years since, *Ante sex annos*, vel, *sex abhinc annos* sive *annis*. Since. i. Since when, *Ex quo*; ut, It is a twelve-moneth since I saw him, *Ex quo eum vidi*, vel, *Quod eum non viderim Annus est*. Since that time, or, from that time, Ex illo.

24ta. In sermone nostro vernaculo, vim Latini verbi semper non absolvimus, nisi appositis particulis, of, at, to, on & similibus; Quæ idcirco in Genesi Latinâ nihil sunt; ut, *Quod te jamdudum hortor*, Whereunto I exhort thee, or, which I exhort thee unto. *Rectorémq; ratis de cunctis consulit astris*, asketh counsell of the Pilot. *Suum factum querebantur*. Cæs. Complained of their own act. *Jocos admittere*. Mart. To admit of jesting. *Desperare vitam, pacem, salutem, honores, fugam*, &c. To despaire of life, &c. *Ea ne me celet, consuefeci filium*. Ter.—That he should not hide those things from mee. *Res latuit patrem*, The matter was hid from her father. i. Her father knew not the matter. *Pendere promissis*. Cic. To stay upon mens promises made. *Pendêre spe extremâ dicitur Salus alicujus*. Cic. To hang upon

on a small thred. In hoc casu autem, On, &, upon, sæpissimè sunt Præpositiones; ut, *Poma pendent in arbore.* Virg. *Casu pendemus ab uno.* Lucan. *De aliquo pendere.* Hor. *Sapientem ex Insipientium sermone pendere, quid turpius?* Cic. Sic, *Genuit ex eâ filium*, He begat a sonne upon her. *Nil admirari.* Hor. To wonder-at, To marveil-at, nothing. *Ridere aliquem.* Cic. To mock-at, To laugh-at one. *Expectare Epistolas.* Cic. To look-after Letters. *De Caii Gracchi Tribunatu quid expectem, non libet augurari.* Cic. What I fear and lookt-for. *Salutem sperare.* Virg. To hope-for. *Abi intrò, ibi me opperire.* Ter. Abide or tarie-for mee. *Hostem magnanimum opperiens.* Virg. *Opem quærere.* Ovid. To seek-for help. *Opes & amicitiam quærere.* Hor. *Accersere auxilia ab aliquo, vel, ex aliquo loco.* Cic. To send-for aid. *Faciemus, Alia cura.* Plaut. Bee not carefull-for that. *Leviter curare aliquid.* Hor. To see-slenderly-to. *Valetudinem tuam cura diligenter*, Have-a-care-of your health, or, look-to your health. *Propter hanc rem*, By reason-of, or, Because-of this thing. *Crepat facinora*, Hee cracks-of his exploits. *Olet Lucernam. Myrrham olet.* Plaut. To savour or sent-of myrrh. *Mare sapit.* Plin. It hath a smack-or tast of the Sea.

Ipsum verbum aliquando omittitur, ut, up. i. rise-up, *surge.* On, *perge.* Away, *abi.* Downe-with-it, *Dejice*; non multùm variat.

Huc refer & Adjectiva quædam, cujusmodi; *Ex-*

ercitum

ercitum cæterum servavit. Gell. The rest of the Army. *In reliquâ Græciâ.* Cic. In the rest of Greece. *Operam reliquam dare.* Plaut. To employ or bestow the rest of his labour. *Ima auris.* Plin. The nether-soft-part of the eare. *Imus pes.* Id. The sole of the foot. *Imo a pectore,* vel, *de pectore.* Virg. From the bottome of his heart. *In foro medio,* vel, *per medium forum.* Cic. In the midst of the Common place. *Frigoribus mediis,* Virg. In the midst of winter. *In medio mundo terra sita est.* Cic. *In mediâ potione exclamavit mulier.* Cic. In the midst of her draught. *Aqua summa,* The top of the water. Cic. *Hyeme summâ.* Cic In the midst of Winter. *Quartâ Lunâ natus.* Borne the 4. day of the Moone. i. in an unlucky houre.

Supplem. 6. Usus Gerundii in (dum.)

Infinitivus noster tribus modis fit vel Gerundium in dum, vel Gerundivum concordans cum Substantivo subjuncto, vel Modus Subjunctivus sive Potentialis, aliquando cum Relativo (*qui,*) aliquando cum finali conjunctione, *ut*; videlicet,

Primò post Substantiva materialia, cujusmodi, *Aurum, argentum, arma, naves,* &c.

Secundò post Adjectiva, *aptus, paratus, tardus, dignus, idoneus, promptus,* &c. In carmine verò est non-raro Infinitivus.

Tertiò

Tertiò post verba, *hortor, valeo*, to prevaile, *incito*, &c. ut, I have money to buy bookes, *Est mihi pecunia ad emendum Libros*, *ad libros emendos*; *ut libros emam*, vel, *quâ libros emam*. Sed, *Paratus sum ad emendum libros, ad libros emendos*, vel, *ut libros emam*. Sic etiam, *Te hortor libros emas*, &c. Non absimiles sunt hujusmodi locutiones, I have provided a Tutor to teach my sonne, *Qui filium erudiat, Informatorem conduxi*. I know not what to say, *Quid respondeam, minùs scio*. We must eat to live, not live to eat, *Edendum est ut vivamus, non vivendum ut edamus*. I have my brother yet to entreat. i. to be entreated, *Restat mihi frater adhuc exorandus*. What dost thou appoint me to doe? *Quid mihi præscribis faciendum?*

Submonitio.

Ratio variandi Gerundia sic se habet.

Gerundia, quæ Accusativo gaudent, ferè elegantiùs more adjectivorum ad hunc modum efferuntur; *Pompeius studiosus fuit Rempublicam defendendi, civesq; servandi. Pompeius studiosus fuit Reipublicæ defendendæ, civiumq; servandorum*; Ita ut Gerundii casus maneat, servato tamen genere ac numero Accusativi. Cic. in Anton. *Princeps vestræ libertatis defendendæ semper fui*. Idem Curioni, *Hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui causâ, sed testificandi amoris mei*. Liv. *Interjecto deinde haud magno spatio, quod vulneribus curandis*

dis supplendoq; exercitui satis esset.

Cic. Appi. *Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendam Rempublicam.*

Idem Trebonio. *Omne desiderium literis mittendis accipiendisq; leniam.*

Liv. *Prælia de occupando ponte crebra erant.*

7. Usus Propriorum Localium.

Oppidorum Nomina in quibus casibus Adverbialiter, ut Grammatici loquuntur, poni debeant, His versiculis facilè colligetur.

A. *Dic precor unde venis?*
B. *Gabiis, Sulmone, Tarento.*
A. *Ast ubi cessâsti?*
B. *Romæ, Carthagine, Baiis.*
A. *Quò quæso properas?*
B. *Laurentum, Tybur, Athenas.*
A. *Quâ facturus iter?*
B. *Veiis, Narbone, Lavino.*

Supra-dictorum Explanatio.

Oppidorum, Urbium, Castrorum & Vicorum propria aut primæ sunt declinationis aut secundæ aut tertiæ suntq; vel tantùm singularia, vel tantùm pluralia.

Regulæ.

1ma. Propria primæ & secundæ numeriq; singularis ad (*ubi*) respondentia, habentiaq; ante se

in sermone nostro materno signa (in vel at,) in genitivo semper efferuntur ; ut, at Rome , *Romæ*. In London, *Londini*. At Tarentum, *Tarenti*,&c. Tertiæ verò, aut tantùm-pluralia , iisdemq; signis Anglicanis a fronte notata, in Dativo vel Ablativo semper adhibentur; ut, in Athens, *Athenis*. At Mycenae, *Mycenis*. in Veii, *Veis*. In or at Narbo, *Narboni* vel *Narbone*. In Tybur , *Tyburi* vel *Tybure*.

2da. Ad Interrogationem factam vel faciendam per Adverbium (*Quò ?*) Respondetur per Accusativum , cujuscunque numeri aut declinationis sint nomina. Signum Anglicanum antecedens est (to;) ut, to Athens, *Athenas*. To Oxford, *Oxoniam*. To Carthage, *Carthaginem*. To Gabii, *Gabios*. To Argi, *Argos*. Into Tybur, *Tybur*. Into Narbo, *Narbonem*.

3tia. Ad (*quà ?*) & (*unde ?*) per Ablativum ; Signa vernacula antegressa sunt (by) aut (from ;) ut, By York, *Eboraco* (sive *per Eboracum.*) From Locri, *Locris*. Out of Baiae, *Baiis*. From Sulmo, *Sulmone*.

Appellativa hanc propriorum formam imitantia, sunt hæc quæ sequuntur.

1. At home, *Domi*. On the ground, *humi*. In warre, *belli*. In the Kings service, *Militiæ*.

At or in my house , your house , his or their house, our house, your house , at or in another bodies house ; Latinè sunt , *Domi meæ*, *Domi tuæ*, *Domi suæ* , *Domi nostræ*, *Domi vestræ*, *Domi alienæ*.

Cum

Cum aliis adjectivis adhibetur, non adverbialiter, sed cum præpositionibus ut, *In domo splendidissimâ. In domo viduâ.* Ovid.

In the Countrey, Latinè est *Ruri* vel *rure*, non, *in rure*.

2. Post verba significantia motum ad locum, hæ voces Anglicanæ, (home,) vel (into the Countrey) sunt Accusativi, *domum* & *rus*, adverbialiter positi; ut, *me domum capesso*, I convey my selfe home. *Rus me confero*, I betake my selfe into the Country, non, *in rus*.

3. From home, out of the Country, Latinè sunt, *Domo* & *Rure*.

Submonitiones.

1ma. In propriis hisce variare licitum erat veteribus, ut Famil. 16. Epist. 4. *Tertio die abs te ad Aliziam accesseramus*; non, *Aliziam*. Cum tamen datum in eadem Epistolâ sit *Aliziâ*, non, *ab Aliziâ*. Et Rectè quidem; Alizia enim Civitas est Acarnaniæ, ab Alizo (ut refert Stephanus) Icari filio sic dicta.

2di. Aliæ Latinarum præpositionum significationes præter (in, at, to, into, from, by & out-of,) ante propria nomina urbium & oppidorum, Latinis quoq; sunt Præpositiones; ut, *Londinum versus*. Hard by Oxford, *Juxta Oxoniam*.

3tia. Tum hæ, (at, in, to, into, from, by & out-of:) tum aliæ Præpositiones Anglicanæ, ante appellativa locorum & Propria majorū locorum, h. e. Regionum,

Regionum, sunt semper præpositiones Latinæ: *in, ad, â, per, ex, de, ê*, &c. Quòd si apud Authores (quod sæpè fit) non exprimantur Resolventi ubique erunt supplendæ, ut, *in Angliâ, ad Angliam, in Angliam*, &c. *in Scholâ, in scholam, ad scholam, â scholâ, ê scholâ*, &c.

4ly. The right Latine-use of proper place-names is a matter of that consequence to purity and propriety in the Latine tongue, that Tully himselfe at the pitch of threescore yeares, in the middest of the broile betwixt Cæsar and Pompey, when he knew not whether to send wife and children, which way to goe, nor where to hide himself: yet in an earnest letter amongst his earnest Counsels for those heavie times, concerning both the common state of his Country, and his owne private great-affaires. He was neither unmindfull nor ashamed to reason at large, and learne gladly of Atticus, this little (as some may count it) point of Grammar, whether hée should write *ad Piraëa, in Piraëa*, or *in Piraëum*, or *Piraëum* sine præpositione. And in those heavie times he was so carefull to know this small point of Grammar, that he added these words, *Si hoc mihi ζήτημα persolveris, magnâ me molestiâ liberâris.*

If Tully at that age, in that authority, in that care for his Country, in that ieopardy for himselfe, and extreame necessity of his dearest friends, being also the Prince of Eloquence himselfe, was

 not

not ashamed to descend to the low points of Grammar in his owne naturall tongue, what should Schollers doe? Yea what should any man doe, if he doe thinke wel-doing better then ill-doing, and had rather be perfect, then meane: sure, then doubtfull: to be what he should be in deed, and not seeme, what he is not in opinion: He that maketh perfectnesse in the Latine tongue his marke, must come to it by choice and certain knowledge, and not stumble upon it by chance and doubtfull ignorance; And the right steps to reach unto it, be these, linked thus orderly together; Aptnesse of nature, Love of Learning, diligence in right order, Constancy with pleasant moderation, and alwayes to learne of them that be best, and so shall you judge as they, that be wisest.

Tullyes own words are well worth the transcribing and learning, and therefore here also they be.

Venio ad Piraëa, in quo magis reprehendendus sum, quòd homo Romanus *Piraea* scripserim, non *Piraeum* (sic enim omnes nostri locuti sunt) quàm quòd (*in*) addiderim. Non enim hoc ut oppido præposui, sed ut loco. Et tamen Dyonysius noster, qui est nobiscum, & Nicias Cous non rebatur oppidum esse *Piraea*. Sed de re videro. Nostrum quidem si est peccatũ, in eo est, quòd non ut de oppido locutus sum, sed de loco; secutusq; sum, non dico Cæcilium, *Manè ut ex portu in Piraëum*

(malus

(malus enim latinitatis author est) sed Terentium, cujus fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur a C. Lælio scribi, *Heri aliquot adolescentuli coïmus in Piraëum*; & Idem, *Mercator hoc addebat captam è Sumio*. Quòd si δήμους oppida volumus esse, tum est oppidum *Lunium*, quàm *Piraëum*. Sed, quoniam Grammaticus es, si hoc mihi ζήτημα persolveris, magnâ me molestiâ liberâris.

8. De quibusdam in frequentiore usu vocibus, modum Subjunctivum in verbo sequenti exigentibus.

ADverbia posita in secundo membro Sententiæ, frequentiùs Subjunctivo gaudent, ut, *Manebo, dum redierit*. Terent. *Sic illud exponam, quasi res agatur, non narretur*. Cic.

Quemadmodum, How. } *Te quemadmodum sit elusuras, videre mihi videor*. Sit *ut* pro *quemadmodum*; ut, *videsne ut proverbio sit ovorum inter se similitudo?*

Quàm, How. } video *quàm* suaviter voluptas sensibus nostris *blandiatur*. Secùs est, si *quàm* sequatur comparandi gradum; ut majori studio philosophiæ deditus fuit, *quàm*, qui illum ignorabant, *arbitrabantur*. Luc. Item post, *tam*: ut, Quòd me magno animi motu perturbatam putas, sum equidem; sed non *tam* magno, *quàm* fortasse tibi *videor*.

Quorsum. } *Quorsum recidat* responsum tuum, non magnoperè laboro. Rosc.

Cur.
Quare.
Quamobrem. } Rationem *cur* ita *fiat*, afferre nequeo. De divin. Non quæro abs te, *quare* Roscius *occiderit*. pro Rosc.

Num, numquid, (*ne*) incliticum, dubitativè non interrogatoriè positum, } Quæstio est, expetendi*ne sint* honores. Quæritur omni*áne* officia perfecta *sint*; *Numquid* Officium aliud alio majus *sit*, & quæ sunt generis ejusdem. Offic. lib. 1.

Ubi.] *ubi fueris*, non ignoro. in Cat. Si verò (*ubi*) non immediatè post verbum usurpetur, sed ad nomen vel ad verbum præcedens referatur, secus est; ut, Porticus hæc ipsa, *ubi ambulamus*. De Orat. (*ubi*) pro (*in quâ.*) Enallage partis.

Quò.] Vide, *quò progrediar*. Pro Rosc. Secus est, si precedat *eò* vel *ibi*; ut, Venio nunc eò, *quò* me non cupiditas *ducit*, sed fides.

Unde.] Nostri exercitus *unde* nomen *habeant*, vides Tusc. Si vero (*unde*) immediatè post verbum non usurpetur sed ad aliquid præcedens referatur, varium est; ut, Omni huic sermoni propositum est, non ut *ingenium & eloquentiam meam* perspicias, *unde* longè *absum*, sed ut laborem & industriam. Brut. pro *à quibus*. Antimeria. Illo extincto, *unde* discerem, fuit *Nemo*.

Quomodo.] Ego *quomodo sim* affectus, ex Leptâ & Trebatio poteris cognoscere. Famil. Epist.

Quatenus.]

Quatenus.] Animadvertendum eſt, *quatenus* ſermo delectationem *habeat.* Offic. *j.*

Quin.] Nihil abeſt, *quin ſim* miſerrimus.

Submonitiones.

1ma. Sic & voces illæ, *qui, quæ, quod, quis, quid, qualis, quantus, uter, utra, utrum*; Cùm Interrogativæ non ſunt, ſed verbum aliquod immediatè Naturæ ordine ſubſequuntur, aut ſaltem verbum & Nomen, quæ περιφραστικῶς pro verbo uſurpantur, Subjunctivum modum in verbo ſequenti exigunt; ut, Reviſo, *quid agam.* Quæritur, *quale ſit.* Oſtendit, *quantus ſit.* Etiam atq; etiam conſidera *quis* quem fraudâſſe *dicatur.* pro Roſc. Proſpicite animis *quid futurum ſit.* In ver. 3. Si *Quis* pro *aliquis*, aut *quid* pro *aliquid* accipiatur, non eſt hujus loci.

Qui, quæ, quod; Who, what. } Non Relativum Pronomen; ut, *Qui ſis*, conſidera. Nunc *quæ ſint* negotia, vides. Secus eſt in illâ loquendi formulâ; ſpero, *quæ tua eſt* prudentia & temperantia, te, ut volumus, valere.

Quantus / *Quantopere.* } Vide, *quanta in te ſit* ſuavitas. Si præcedat, tantus, a, um, Secùs eſt. ut, videor mihi videre tantam dimicationem, *quanta* nunquam *fuit.* Similiter ſi (*tantum*) ſubintelligatur; ut, *Quantum eſt ſitum* in nobis. Interdum exprimitur (*tantum*) in illâ formulâ loquendi, in quâ plerumq; intelligitur

tur; ut, *Tantum, quantum videbitur.*

Qualis, quale. } Id *quale* esse *possit*, intelligi non potest. De nat. deor. Secus est, si (*talis*) præcedat; ut, Hic mihi amans tui visus est. & talis, *qualem* esse eum tuæ mihi literæ *nuntiârunt*.

Uter, a, trum. } Tibi potestatem (i. aptionem) facio, ut eligas, *utrum velis*. De Divin.

Sub. secunda. Interdum aliter; ut, *Scio quid ago.*

Scio, quid dictura es. Plaut.

Subm: tertia. Sæpè ubi animus commovetur, prius membrum reticetur; ut, *Quasi non nôrimus nos inter nos.* i. *Loqueris quasi*, &c. *Quid ille fecerit?* Scilicet, *rogas? Unde huic argentum inveniam?* Scil. *Cedo.* Terent.

Ad Prosodiam, Supplementa.

1. De Accentibus Gravi & Circumflexo, Admonitiones.

1ma. PArtes Orationis indeclinabiles, quæ declinabilibus Scripturâ sunt similes, in ultimâ vocali Acutum in gravem versum habeant adscriptum, nisi in solo fine Sententiarum; ut, *maximè, quàm, ponè*, malùm. At; *væ, per, si, fortiter*, & similia, distinctivo Accentu non indigent.

2da Differentiæ quoq; gratiâ, Accentu Circumflexo notantur. 1. Genitivus, *alîus*. 2. Tertiæ plurales præteriti Activi; ut, *Legêre*. 3. Ablativus primæ in *â*, ut, *musâ*. 4. Genitivus in *ûs*, quartæ; ut, *manûs*. 5. Genitivus in *ûs*, a Nominativis Græcis in *ô*, ut *ſapphûs*.

3^tia^ Accentus Circumflexus infrà poſitus locum notat, quà Litera Syllaba aut dictio relicta eſt inſerenda. Accentus Circumflexus pro figurâ Accentus Circumflexi. Metonymia Subjecti pro Adjuncto.

2. De pronunciatione ſyllabæ (*ti*)

1. Syllabam (*ti*) quoties vocalis immediatè ſequitur, proferimus nos Angli maximam partem, per, *ſi*; ut, *ſentio*, *quatio*.

2. Quatuor modis, etiam nobis Anglis (*ti*) ante vocalem, ſuam & nativam obtinet poteſtatem;

1. In principio dictionis; ut, *tiara*.
2. Quando (*ſ*.) immediatè anteceſſerat, ut, *Ja-ſtior*.
3. In Paragogicis Infinitivis, ut *mittier*.
4. In dictionibus peregrinis, ut, me *nætiades*, *Politia*.

Submonitio.

Ut pro his & hujuſmodi monitiunculis ſtatim faciant pueri, Ne magiſter ſperet, Cautio eſt. Tanta enim Regularum varietas non tam diſcenti puero proponitur,

proponitur, ubique ſtatim obſervanda; quàm docente magiſtro, iterum atq; iterum pro re natâ in Auditorum aures inſuſurranda: ut qui eos non tam verberare habeat, quòd erraverint; quàm cavere, nè pòſt errent. Nam quotusquiſque eſt puerorum, qui, verbi gratiâ, de perfectivâ Conjunctione (ut) in ſuo verbo Subjunctivum modum ſemper exigentè; quotus, inquam, quiſque eſt puerorum, qui hâc de re millies admonitus, aliquando tamen in hâc ipſâ Syntaxios particulâ labi, errare, decipi non ſoleat?

3. De Cæſurâ.

1. CÆſura (q. d. *cæſa Syllaba*) eſt poſt pedem abſolutum Syllaba finalis vel Trochæus, ſequentem pedem pulcherrimè inchoans; ut, in

Sylveſtrem tenui muſam meditaris avenâ;

(*trem*) eſt Cæſura triemimeris; (*i*) in (*tenui*) Cæſura Penthemimeris; (*ſam*) Hepthemimeris; & deniq; (*taris*) Cæſura Trochaica, eſt Eneemimeris.

2. Cæſuræ (maximè Penthemimeris) præſentia, Carminis venuſtatem auget; Abſentia minuit; ut,

Urbem fortem nuper cepit fortior hoſtis.

3. Venuſtatis, quæ in Cæſurâ eſt, gratiâ, Syllaba brevis non-raro extenditur; ut,

Pectoribŭs inhians ſpirantia conſulit exta.
Omnia vincit amŏr, & nos cedamus amori.
Oſtentans Artem paritĕr arcumq; ſonantem.
Ille latus niveum molli fultŭs hyacintho.

4ta. Cum

4ta. Cum Syllaba brevis, non-finalis, aut ſequentis pedis non-inchoativa producitur, Diaſtole dicitur, non Cæſura; unde verſus Mnemonicus,

Syſtole ducta rapit; Correpta Diaſtole ducit.

Rĕcidimus. Stetērunt. Naufrăgia. Semisōpita.

Tu *cavē* defendas, quamvis mordebere dictis.

4. De Carmine Iambico.

HOc Carmen in tria genere deducitur,

1. Dimetrum ſive Quaternarium, ut,

Frōlēs părēntĭs ōptĭmi.

2. Trimetrum ſive Senarium, ut,

Sŭis ĕt īpſă Rōmă vīrĭbūs rŭit.

Obſĕquĭum ămīcōs, vērĭtās ŏdĭūm părit.

3. Tetrametrum ſive Octonarium, ut,

Dum īn dŭbĭo ēſt ănĭmūs, pāulō mōmēnto hūc īllūc impēllĭtur. Terent.

His additur Scazon ſine Choliambus, cujus ultimus pes eſt Trochæus, vel, ut quidam, Spondæus, non Iambus; ut,

Măgĭſtĕr ārtĭs īngĕnīquĕ lārgītor
Vēntĕr, nĕgātās ārtĭfĕx ſĕqui vōces. Perſ.

5. De quinq; verſuum Diviſionibus.

1ma. SUmitur a præcipuo pede, unde Carmen *Iambicum, Anapæſticum*, &c.

2do. A mensuris, unde *Dimetrum*, *Trimetrum*, &c. Nota in *Pentametro*, si veterum scansionem spectes, & *Hexametro*, uni mensuræ unum solummodo pedem respondere in Iambicis unaquaq; mensura duos exigit pedes, unde Iambicum Dimetrum quatuor constat pedibus; Trimetrum, senis, &c. Pentametri durior illa veterum scansio fuit per Anapæstos; hoc modo,

Nil mihi: vestri: bus at: tamen: ipse veni. Unde a quinq; mensuris Pentametrum dictum est.

3^{tia}. A Syllabâ finali; unde *Brachy Catalectum*, ubi duæ desunt syllabæ ad justam Carminis mensuram; *Catalectum*, ubi una deest; *Acatalectum*, ubi nulla vel deest vel redundat; *Hypercatalectum* vel *Hypermetrum*, ubi syllaba redundat. Exempla.

Spes mentis anchora est. Est Iam. Dim: Brachy catalectum.

Vino venus calescit. Iamb. Dimet. Catalectum.

Malis metus, tremor, fuga. Iamb: Dimet. Acatalectum.

Refunde cymbio falerna. Iamb. Dimet. Hypercatalectum.

4ta. A varietate Carminum; unde Carmen *Monocōlon*, ubi unum solummodò Carminis genus ut apud Virgilium. *Dicōlon*; ubi duo diversa Carminum genera, ut apud Horatium. Lib. 1. Od 3.

Sic te Diva potens Cypri.

Sic fratres Helenæ, Lucida sydera.

Tricōlon, ubi tria, vide Hor: lib. 1. Od 9.

5ta. A reditu ad primum Carminis genus; unde

Carmen *Diſtrophon*, ubi poſt ſecundum verſum reditur ad primum Carminis genus, ut in Epiſtolis Ovidii. *Triſtrophon*, ubi poſt verſum tertium *Tetraſtrophon*, ubi poſt quartum ad primum Carminis genus fit reditus.

Plura qui de hoc Argumento requirit, conſulat *Servii Centrimetrum*; ſed inprimis *Scaligeram* de Re Poeticâ.

6. Ad reg. de Poſitione, Exceptiones duæ, cum totidem obſervationibus.

EX. prima; Compoſita a *jugum* (*i.*) ante (*j*) conſonantem corripiunt, ut, *Martis equi bijuges.* Virg.

2da. (*z*) Vocalem antecedentem non ſemper producit; ut, 3. Æn.

In medio apparet fluctu nemoroſa Zazinthos.

Obſ. 1ma. Apud Virgilium vocalis in fine dictionis nunquam corripitur ante duas conſonantes in principio dictionis ſequentis, niſi fortè. Prima ſit muta, ſecunda liquida.

2da. Compoſita â *jacio* rejiciunt aliquando (*j.*) conſonantem ut præcedens vocalis corripiatur; ut, pro *adjicio*, *adicio*, pro, *rejicio*, *reicio*; unde per Synæreſin prima producitur; ut,

— *Paſcentes a flumine reice capellas.*

7. De Syllabis Communibus, Regula pauló explicatior.

VOcalis uſu vel naturâ brevis in primitivo, In derivatis ante mutam ſequente liquidâ, Communis redditur; ut, *patris*, *volucris*, *celebris*, *cathedra*, *mediocris*; â, *păter*, *volŭcer*, *celĕber*, Græco ἵζομαι & antiquo *mediŏcer*.

Longa vero ante conſonantem ſimplicem in primitivo, non mutatur ante mutam cum liquidâ in derivatis; ut, Atrum, *Arātrum*, *Simulācrum*, *Mātris*, *ācri*, *ſalūbrem*, ab, *Ater*. *Arātum*, *Simulātum*, *Māter*, *ācer*, *ſalūber*.

8. Ad Reg. De vocali ante vocalem.

1ma. DIpthongus *(æ.)* reſoluta in *(aï)* penultimam producit; ut —— *dives pictaï veſtis & auri.*

2da. *(j.)* Conſonans in vocalem reſoluta, præcedentem vocalem producit, ut, Martial.

Pervigil in plumâ Caïus ecce jacet, Vel ſic; Dipthongus *(ai)* reſoluta priorem vocalem extendit.

3tia. *(Diana.)* primam variat.

4ta. *(Eheu)* primam producit, ut, *Eheu*, *quid volui*, &c.

5ta. Græca-

5[n.] Græcarum dictionum quantitas adeò hîc varia est, ut certis regulis comprehendi non possit; Earum enim Aliæ vocalem ante vocalem producunt, ut, *āer, dīus, a, um. Citherēa* vel *Citherēïa. Elegīa* vel *Elegēïa.* Aliæ corripiunt ; ut, *Orthographia, Etymologia, Philosophia.* Aliæ variant, ut, *Chorea, Platea* , *&c.*

In limming-Art, meane Lookers-on can say,
This high Red, purer sanguine should have been:
Yet bid them frame a piece but every way
As good as that ; such work will ne'r be seen.
Just so the Grammar-made we seem t'have mended,
But now to make, by us would n'er be ended.

Alia quædam.

1. De Coopero ad Genesin Latinam adhibendo, Admonitiones septem.

1[ma.] NIhil indecentius & tamen nihil familiarius pueris Anglis, omnibusq; in Romanâ Linguâ minùs exercitatis, quàm quæ Anglicè concipiunt, Anglicanicè quoq; efferre h. e. In Latinis suis Commentationibus vim proprietatemq; vernaculæ suæ spectare magis, magisque exprimere, quàm Romanæ ; Ut cùm Latinè scribunt, *Ætas prior & posterior* , *Legem facere, amicitiam portare, amicitiam à mundo eripere* , *duriter studere &c.*

&c. quia Anglicè dicimus, **The former and latter age, to make a Law, to bear love, to take friendship out of the world, to study hard, i. hardly or closly.** Si verò Cooperus consulatur in vocibus, *ætas, lex, amor, studeo,* &c. veræ loquendi formulæ percipientur statim, *Ætas Superior & Inferior*, *Legem ferre*, *amicitiam gerere*, *amicitiam è vitâ tollere*, *vehementer studere.* Quare cùm, docente Fabio optimo tam elocutionis quàm Ingeniorum censore, Aliud prorsus sit *Grammaticè*, aliud *Latinè* loqui; cúmque purè loqui studentibus nihil magis cavendum videtur, quàm Anglicismi omnéque genus Locutiones a Romano usu abhorrentes. Quo id genus fugentur Solœcismi. Et ad Fabiani moniti prudentiam ubiq; ut par est, adspiretur; In hunc finem maximè *Stephani* Thesaurus a *Coopero* nostro, in eam, quam nunc habemus, Latinæ Linguæ Synopsin videtur coarctatus.

2do. Splendor venustasque Romanæ Linguæ elucet maximè in Substantivorum cum Substantivis, Adjectivorum cum Substantivis, verborum cum nominibus, Adverbiorum cum verbis, Adverbiorum cum Nominibus, & denique Adverbiorum cum adverbiis aliis unione propriâ veréque Latinâ, & prætereà, Latino dextroq; particularum usu; ut cùm dicimus, *Conciliatorem amicitiæ* potius quàm *Procuratorem*; *Fontem & exitum Amicitiæ* potius quàm *principium & finem*; *Amicitias vulgares* potius quàm *ordinarias*: *Amicitiam con-*

trahere,

trahere, *non facere*; *discindere*, *dirumpere aut dissuere*, non *frangere*, &c. *Mirificè amare*, non *mirabiliter*: *Valdè & supra modum Amatus tuus*, non, *excedenter*: *Parum honestè se gerit*; potiùs quàm, *vix honestè*. *Neq; sciebat neq; per ætatem etiam potuerat*; non, *ab ætatem*. *Quis esset tantus fructus in rebus prosperis, nisi haberes qui illis æq; ac tu ipse gauderes?* non, *qui illis tam benè quàm tu ipse gauderes?* Sic *Me colitatque observat æque atque patronum suum.* Philosophia non perinde ac de hominum est vitâ merita laudatur, *non* Philosophia non ita, ut de hominum est vitâ merita laudatur. Quæ difficilia sunt perinde habenda sunt, ac si effici non possint; *non*, ita habenda sunt, ut si, &c. *Sic*, sed perinde erit, ut acceperis. Hæc omnia perinde sunt, ut aguntur. Atque hæc perinde loquor, quasi in eo sit iniquitas ejus reprehendenda; *non*, ita, ut si iniquitas ejus -- Metelli sperat sibi quisque fortunam, perinde quasi certi quicquam sit in rebus humanis; *non* tanquam. *Et hujusmodi infinita.*

3^tia^. Hæc omnia fœlicissimè certissimeque præstat attenta perfectáque veterum cognitio. Ea verò, cùm nec ab adolescentulis quidem, nedum a meris pueris per ætatem expectanda sit aut etiam speranda; His Cooperus noster ad instar variæ omnigenæque Lectionis esse potest. Habes enim apud illum cùm verba, Adjectiva aliáque Substantiva, quæ veterum probatissimi cuicunque Substantivo conjunxerunt: tàm adverbia quoque tantùm-

non

non ad unum omnia, quæ Verbis Nominibus aliisq; Adverbiis venustissimè adhærescant. Quæ duo sanè, Illa sunt, in quæ verti maximè omnium Linguarum proprietatem, satis est compertum.

4ta. Cave ne quidlibet de quolibet scribas dicasve. h. e. Ne quæcunque verba, Adjectiva aliàq; Substantiva voces nostras Anglicanas utcunque referentia, Substantivis, de quibus verba habes facere, sine delectu & prout quæque occurrerint, copulare audeas. Quod idem quoque dicendum cavendumque in Verbis Nominibus aliisque Adverbiis per Adverbia exornandis. Nam v. g. quamvis verba Anglicana, To begin, To happen, Latinis sunt, *Accidere* & *Incipere*; Non tamen satis Latinæ locutiones sunt, *In amicitiam alicujus accidere*; *Quomodo incipit morbus?* Sed, *Incidere in amicitiam alicujus*, *&* *quomodo accedit morbus?* *Sic*, To give honour to one, To be drawn to punishment, To come to ruine, To gaine and loose a City, To recover a lost-town, A man loose-bellied, One bound in the body, An hot lover, The heat of love, Lentulus lov'd his Country singular-well, He speaks in an high and lofty style, Very sober, Unpleasantly taken, Very Curious, Not so well, To spoile a book, To look in Cooper, &c. *quamvis sint ex probatissimis Locutionibus Anglicanis*; *Tamen*, Honorem alicui dare aut tribuere, Ad supplicium attrahi, Ad ruinam pervenire, Urbem lucrari & perdere, Oppidum recuperare, Homo ventris laxi, Homo ventris

tris ligati, Amator Calidus, Amoris calor, Singulariter amavit patriam, Altè ampléque loquitur, Valdè ſobrius, Injucundè acceptum, Valdè curioſi; Non ita benè, Librum ſpoliare, In Coopero videre, &c. *Locutiones ſatis Latinæ non ſunt; Sed*, Honorē alicui deferre, Ad ſuppliciū rapi, Ruinâ collabi aut facere ruinā, Urbem capere, Cedere vel Opidum amittere, Oppidū recipere, Qui ventris eſt ſolutioris, Qui ventris eſt laxioris, Amator acer, Amoris ardor, Unicè amavit patriam, Elatè ampléq; loquitur, Pulchrè ſobrius, Aſperè acceptum, Sumus ambo bellè curioſi, Non æquè benè, Librū vitiare, Cooperum cōſulere, Inſpicere, &c. *Has earūq; ſimiles ubi Cooperū conſulueris, percipies eſſe formulas in Romanâ Linguâ receptas atq; adprobatas; ſuperiores, nequaquam.*

5ta. Si fortaſſe (quod mentibus etiam fideliſſimis & inſtructiſſimis non rarò accidit) Certiſſimus non ſis apud te verba hæc vel illa apud probatos connecti & componi; Quò non utcunque ſolùm (quod ignavi abjectique faciunt animi) ſed exquiſitè & fidenter, quod faceſcis, perficias; verbum illud, quod occurrit, fac totum, ſi opus ſit, in Coopero percurras: Et, ſi Subſtantivum ſit vel Verbum vel Adverbium vel quodcunque aliud, quod in loquelâ cenſeatur magis voces alias ſibi adjunctas habere, quàm aliis adjungi *ipſum*; tutò ſumas licet, Omnes ejus cum aliis verbis apud Claſſicos Conſtructiones, in Coopero exprimi; Aliáſque omnes aut incongruas eſſe, aut (tanquam ſuſpectas & non temerè amplectendas) niſi con-

consulto priùs Institutore, esse nequaquam adhibendas. v. g. A long dismission from Schoole Consule vocem, *Dimissio*, apud Cooperum; Ib non occurrit Adjectivum proprium Substantivo, *Dimissio*, constructum. Quid ergo? Cavendum equidem ne Substantivo illi Adjectivum tuo fretus judicio audeas copulare: quin præceptorem consulas, atque Ille te docebit statim Nominum combinationes ad unam omnes tam faciendas quàm factas apud Cooperum non occurrere, quia Latinis, qui extant, scriptoribus sensa omnia, quæcunque aut fuerunt olim, aut nunc sunt, aut posthâc esse possunt, in monumenta sua rejiciendi occasiones oblatæ non sunt. In quibus ergo hæreas teque non instituat Cooperus, Ab *Analogiâ* h. e. a Ratione pari quærendas esse Constructiones, si non maximè Latinas, ejusmodi tamen, quæ ad proprias & Latinas accedant proximè. v. g. quia apud Ciceronem occurrunt, *Delectatio diuturna & Observatio diuturna*; idcirco A schoole-vacation longer than ordinary, Dici Latinis non-incommodè *Dimissionem diuturniorem aut pinguiorem*; Si modò per *Dimissionem* intelligamus, non ipsum Actum dimittendi, sed id, quod Anglicana nostra jam longo usu obtinuit; Otium illud sive Cessationem ex præceptoris benignâ dimissione pueris obtingentem. Sed quod res est, ut dicam, *Dimissio*, Substantivum proprium non est, sed *Cessatio*, quamvis derivatum Anglicanum, Dimission & per Epenthesin Dismission, Genti nostræ in usu sit frequentissimo.

quentissimo.

ſrequentiſſimo. In omnibus enim Linguis & potentiſſimus & peritiſſimus magiſter, uſus eſt.

6ta. De Recto particularum uſu conſulantur præter Cooperum, Elegantiæ Laurentii Vallæ & Turſelinus de Particulis. Quippe quæ, cùm omnium Linguarum Commiſſuræ ſint & quaſi Nervi atque Articuli; niſi pro illâ, quæ in veterum ſcriptis obſervatur, Ratione adhibeantur; ſi Oratio hiulca, diſſolutior & quaſi peregrinum quid barbarumque ſonans eruditis auribus videatur, doctis & juſtis Cenſoribus nihil eſt mirum.

7ma. Unus, iſque inſigniſſimus Cooperi uſus, hic eſt; ut propoſiti thematis voces ſi non omnes, primaria tamen h. e. Illa, in quam ſententiæ Cardo vertatur, unà cum Cognatis & Oppoſitis, in Coopero expendatur integra. Ita fiet, ut non tantùm verbis phraſibuſque ad elocutionem in illâ tuâ particulari materiâ probatis omnibus, quaſi præinſtructus evadas; Sed & ἀπροσδόκητα quoque h. e. Inopinata, ex hâc diligentiâ, ad Rerum copiam tibi plura ſeſe offerant, neceſſe eſt. Nam, præterquam quòd Apophthegmata & ſententiæ illuſtriores non paucæ, loquendi formulis immiſceantur (quæ aut nullâ aut levi admodum indigeant efformatione tuâ, quò ad tuum inſtitutum accommodentur;) fieri non poteſt, quin tot veterum in Eloquentiâ *Luminum vivæ* Scintillæ h. e. tot Scriptorum probatiſſimorum ſelectiores particulæ, tibi quaſi facem præferant auremq; vellant; teque, non Bœoticæ planè mentis puerum, excitent

impellantque ad Novum aliquid, pro hujus vel illius phrasios energiâ, ex tuo ingenio promendum cudendúmque. e. g. Si sumeremus in exemplum notam illam de Assiduitate Chriam, *Labor omnia vincit*; vel notiorem illam de pietate Gnomen, *Inprimis venerare Deum*; vel hujusmodi aliquam de *vitio*, *virtute*, *amicitiâ*, *prudentiâ*, &c. Cooperumque consuleremus v. g. vel de priori, in vocibus, *Labor*, *assiduitas*, *negotium*, *studium*, *diligentia*, *solertia*, *industria*, *otium*, *desidia*, *ignavia*, *vinco*, *perficio*, &c. vel de posteriori, post voces, *Deus*, *Numen*, *colo*; *Religio*, *Pietas*, *Impietas*, *Dei Cultus*, &c. Nihil tam verendum esset, quàm ne tam Rerum quàm verborum Copia nos planè obruat percellátque. Ergo themate tum rarioris usûs, tum Copiæ (*ut sic dicam*) angustioris, Res commodiùs fortasse demonstrabitur. Sit Illud, quod Codicem jam nunc solventi se primùm offert; *Fortunam citiùs reperias, quàm retineas*: Quod idem videtur ac si dicas, Opes adquirere aut parere facilius est quàm tueri & conservare. Primam vocem *Fortuna*, apud Cooperum consulenti phrasis prima est *Fluctus Fortunæ*, The troublous stormes of fortune. Hinc fæcundo ingenio Ansa qualem-qualem similitudinem eliciendi; *Non major est undarum maris, quàm fortunæ fluctuum varietas, periculum atque incertitudo.* Deinde secunda phrasis, *Procella impotens fortunæ*, quàm opportunè & accommodatè priorem excipit Metaphoram, hoc modo! *Imo non fluctus solùm*

lùm

lum & undæ ſunt fortunæ, ſed impotentes procellæ, ſecundum Senecam. Tum, tertio loco quod occurrit, Synonymia eſt ex Cicerone, *Fortuna & caſus*: Praſiologiæ autem noſtræ laudatiſſimæ nihil aliud ſunt quàm phraſes & voces Synonymæ; Ex hujuſmodi autem quantoperè adjutetur Novitius, novit non-nemo. Sed ad Cooperum noſtrum; Quarta Locutio eſt breviſſima ex Cicerone ſententia, *Propria fortunæ varietas.* Quæ ſuccedunt Formulæ admodum Romanæ, *Adverſa fortuna*, *Æqua fortuna*, *Æquabilis perpetuáque fortuna*; quis non videt quàm nullo negotio ad inſtitutum thematis accommodentur? Quæ ſubſequuntur loquendi ſtructuræ, ex Cicerone una, *Belli fortuna*; Ex Virgilio altera, *Anceps pugnæ fortuna*; attentiùs conſideranti alias duas ſuggerent ſimilitudines, hoc modo; *Ubi mutationes ſubitaneæ & maximè inopinatæ? Nonne in profundo ejúsque inſanis planè vorticibus? Sunt Fortunæ fluctus apud Catullum: ſunt Fortunæ impotentes procellæ apud Senecam. Ubi cum inſigni varietate ſtupenda quoque pericula? In bello, ni fallor, Martisque ludo ſceleratiſſimo. At fortuna belli non incertior, quàm fortuna ipſa; nec fortuna pugnæ magis anceps apud Virgilium, quàm ipſius fortunæ vices apud omnes mortales*, &c. Adverte Lector; tantùm quatuor phraſes enixæ ſunt ſimilitudinem puero vel primipilari non indignam; eam non ex Cooperi gazophylacio turpiter tranſcriptam, ſed ex Commentantis ingenio efformatam: Quod ut Nomini ejus non

 poteſt

poteſt non eſſe honeſtius, ita quoque ad acuminis judiciiique profectum quantum conferat, Nemo eſt ſtudioſior qui diu ignorare poteſt. Si autem ex quatuor formulis tantùm Caſu, ex tempore & currenti oculo conſideratis, tam non-ſpernenda enata ſit Commentatio; quid fieret, credis, ſi vox integra unà cum ſequenti, *Fortuna*, **Riches, State** &c. ad rem magis propriâ, Reliquiſque cognatis & contrariis, *Res, opes, Divitiæ, Cenſus, Res Adverſæ*, &c. & verbis propriis, *Paro, pario, Adquiro*, &c. *Conſervo, Tueor, retineo*, &c? Si, inquam, hæc omnia ritè & cum morâ debitâ expenderentur; Non eſſet fortaſſe, quòd alium præterea quenquam dignareris cognoſcere. Tanta ex hoc uno ſe tibi offerret, tum Rerum tum verborum ſupellex in Rem tuam accommodatiſſima.

2. *De Chriâ & Gnome.*

THemata ſive celebres illæ Authorum ſententiæ, quæ in Scholis ad exercenda puerorum ingenia proponi ſolent, duo ferè habent genera: vel enim *Chriæ* ſunt, vel *Gnomæ*. Gnome dicitur ſententia, quâ præcipitur vel ſuadetur aliquid ſive agendum ſive omittendum; ut, *Vive tibi, quantúmque potes prælustria vita. Nequid nimis.* Chria verò eſt, quâ nuda rei notitia, ſed ea etiam utilis vitæ ſine præceptione aliquâ vel ſuaſione proponitur, cujuſmodi; *Mors omnibus communis eſt.*

Vi

Vita brevis; Ars longa. Eodem ferè modo utraque tractatur; Brevissimè quidem sic;

1. *Propositione* Thematis; cùm, quod in themate ponitur, pluribus & perspicuis verbis explicatum proponimus confirmandum.

2 *Ratione* Propositionis; cùm, quod proposuimus, aliquo argumento probamus.

3. *Confirmatione* Rationis; cùm ulteriùs, quod probatum est, confirmamus. Formulæ autem familiares instituendi Rationem & Confirmationem sunt hæ, *Nam,—enim. Etenim. Quid enim? Nimirum.* &c.

4. *Similitudine*; cùm, quod confirmatum est, simili aliquâ re illustratur; cujus formulæ, *Ut. Sicut. Nam veluti. Quemadmodum enim.* &c.

5. *Exemplo*; cùm a facto simili Aliquid proposito luminis & firmamenti conciliatur, cum hisce formulis, *Accepimus. Memoriæ proditum est. Literis traditur. Memorant. Ferunt.* &c.

6. *Veterum Testimonio*; quod Apophthegmate, Proverbio aut aliquo Philosophi, Poetæ, Oratoris, Historici, &c. Veriloquio uberiorem propositæ rei fidem facit; habetque formulas, *Rectè quidem Poeta. Optimè Orator. Verè igitur monet Philosophus. Jure quidem. Itaque meritò. Præclarè inquit.* &c.

7. Postremò *Conclusione*, cùm, quod initio proposuimus, comprobatum jam denuò asseveramus; vel si Gnome sit, monemus etiam & adhortamur. Formulæ autem sunt istæ, *Ergo. Igitur. Itaque.*

Quare. Quamobrem. Quocirca. Quæ cùm ita ſint. Hac ita cùm ſe habeant. &c.

Quòd ſi uberiùs tractanda res ſit & deducenda latiùs; addi poſſunt; ante Propoſitionem, *Exordium*; ante Concluſionem, *Amplificatio & Confutatio*, ſi opus ſit. Rationes etiam & confirmationes plures, plura Exempla, Similia, Teſtimonia. Sed inprimis videndum, ut variis orationum formis, cùm in verbis & phraſibus, nequa ſæpiùs repetatur; tùm verò in ſingulis Sententiis, ſtudeatur. Seniores autem Troporum etiam, Figurarum, Periodorum, Euphoniæ & Numeri Oratorii Curam adhibeant diligentem.

(*Gnome.*) Inprimis venerare Deum.

(1. P*Ropoſitio.*) Videtur mihi officium pietatis homini pérquam neceſſarium, antequam ad obeunda quotidianæ vitæ munia ſe accingat, Ab invocatione divini Numinis auſpicari. (2. *Ratio.*) Nam quommodo fieri poteſt, ut in reliquo vitæ curſu, fœliciter progrediamur, niſi propitium priùs & faventem nobis Deum reddiderimus? (3. *Confirmatio.*) Quid enim? Sine ejus auxilio nihil eſt, quod quiſquam non modò perficere, ſed ne ſuſcipere quidem, vel conari, vel cogitare valeat. (4. *Similitudo.*) Quemadmodum Agricola terram fruſtrà colit, niſi pluviæ cæleſtes reddant fructiferam: Ita nos fruſtrà cuiquam operi manum admovebimus, ſi divina id gratia

non

non irrigaverit, quâ, quod suscepimus, ad exitum fœlicem perducamus. (5. *Exemplum.*) Memoriæ proditum est Romanos olim nihil solitos fuisse inauspicatò moliri, id est, Nihil aggredi, non exploratâ priùs Deorum suorum voluntate. (6. *Exempli ad Institutum Accommodatio.*) Quantò id magis nos facere Christianos decet? (7. *Vetus Testimonium.*) Itaque Poeta rectè quidem monet, ubi, A Jove Principium, a Deo monet auspicandum. (8. *Conclusio.*) Quare, siquis habeat in votis, ut omnia sibi negotia prosperè cedant, Id inprimis operam det, ut precibus conciliet sibi voluntatem Dei. Quoniam solus (ut Poetæ verbis concludam.)

——Vires Ille dat, Ille rapit.

(*Chria.*)--*Labor omnia vincit Improbus.*

(1. Labor vulgo minimè probatus. 1. Labor sapientibus maximè probatus. Per Antiphrasin. 1. Labor assiduus & pertinax. Metonymia consequentis pro Antecedente. Nam laboris assiduitatem Omnium adprobatio est sequi solita.)

NIhil adeò est arduum, nihil ita est operosum, quod assiduitate laboris & constantiâ non possit

possit aliquando expugnari. Nam quæ duæ res omnium videntur difficilimæ, cùm sint pulcherrimæ; Siquis diligenter operam det, utramque sibi tandem conciliabit, Cognitionem rerum & virtutem. Quid enim Poeta? Virtutem, inquit, neque verò solùm virtutem, sed doctrinam quoque, sed & omnia, quæ habentur in bonis, —— *posuêre Dii sudoris in arce*, quam qui enitendo semel assecutus fuerit, hæc omnia simul consequetur. Quemadmodum enim

Gutta cavat lapidem, non vi sed sæpè cadendo:

Ita quæ durissima sunt, neq; primo impetu superari possunt, industriæ tamen & sedulitati continuæ cedunt. Accepimus olim assiduis laboribus tantas res gessisse Herculem, quantas ab homine geri potuisse, vix profectò jam credimus. (*6. Exempli ad officium sive bonos mores accommodatio.*) & nemo hominum dubitet, quin ipse quoque indefesso studio magna quædam valuerit efficere. Adeò verum est id quod præclarè Quintus Curtius, *Nihil*, inquit, *tam altè natura posuit, quò virtus non possit eniti*. Est igitur hoc sole meridiano clarius, ea quemque, in quibus elaboraverit, nervosq; omnes intenderit, ex animi sententiâ confectûrum esse omnia: ut meritò indecorum & turpe habendum sit, â rebus honestis & præclaris metu difficultatis absterreri. *Nibil enim* (quod rectissimè Syrus Terentianus) *tam difficile est, quod laborando superari, quærendo investigari non possit.*

Submonitiones.

Submonitiones.

1ma. Per Prolepsin sive Occupationem h. e. Confutationem quandam breviorem, Propositio non inscitè instituatur. e. g. Sint Themata *Heróum filii, Noxæ.* Et, *Lucri bonus odor ex re qualibet.* Propositiones sic insurgent non-incommodè. *Etsi ad mortalium tam virtutes quàm vitia non parùm valere soleant Genus & cultura: ea tamen est inconstantia & perpetua humanarũ rerum vicissitudo, ut strenuis, doctis, studiosis & parentibus undique quadratis, filii nascantur sæpiùs adeò ignavi, vecordes & deplorati, ut eos non solùm Noxios, sed & Noxas in abstracto non-immeritò adpellemus*, &c. *Quamvis secundum Plautum, omne commodum non sit commodum; Terentiique illud, Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum, veriloquium sit Nemini non probatissimum : Ea tamen est quorundam imprudentia & rapacitas, ut*——

Hâc figurâ Officia sua orsus est Marcus Cicero; *Quanquam te, Marce fili, annum jam*——*:tamen, ut ipse ad meam*—— &c.

2da. Hæc apud Terentium sententia, *Obsequium amicos, veritas odium parit*; Chria *facti* dicitur, non *Juris*; τὸ γινόμενον, non τὸ δεόμενον indicans. Anglicè, **A profitable saying, shewing what is done, not what should be done.** Cujusmodi & aliæ non-paucæ v. g. *Lucri bonus odor ex re qualibet. Sus Minervam* [subaudi, docet, monet, aut aliquid similè.] &c. In his Propositio & Conclusio procedunt

procedunt per Indignationem, Exclamationem, Querelam &c. Et cavere sedulò habet Tractator, ne, quod *probat*, *adprobare* videatur. e. g. (*Propositio.*) ô Sæculi fiduciam atque impudentiam, in quo Doctos indocti, Clericos Laici, Philosophos Rustici, Scientissimos ignari, docent, monent, corrigunt; perinde ac si sus, animal tantâ —— &c. (*Conclusio*) Satis ergo mihi constare videtur, Assentatione, si quâ re aliâ [*est Recapitulatio non propriè dicta, sed Propositio aliis verbis repetita.*] laudem atque amicos comparari; Probitatem verò & simplicem veritatem cultores ejus, odiis hominum atque cachinnis ubique ferè exponere: ut meritò cum Cicerone exclamemus, ô tempora! [*est Querela sive Exclamatio in corruptos sæculi mores.*] ô mores! ubi Deus, qui tempora emendet? ubi, qui mores corrigat? Getæ & Parmenones ubique squallidi [*est ipsum thema aliis & pluribus verbis vehementiùs asseveratum*] & contempti jacent; Gnathones autem nitidi & ad omnia habiles. Qui enim cum Parasitastro illo imperabit sibi omnia assentari, Is quæstum hodiè faciet multò uberrimum.

3[tia]. Sunt & Gnomæ, quod facere *impellimur* aliquando magis, quàm quod facere *obligamur*, nos monentes; qualis, *Malo nodo, malus cuneus*. Eodem ferè modo tractantur, quo illæ non juris, sed facti Chriæ, de quibus proximè admonuimus.

4[ta]. Exempli ad Institutum Accommodatio, sive

ſive uſus ab exemplo, ipſum Exemplum optimè claudit.

5ta. Partes Concluſionis in tractatione Gnomes duæ ſunt, quarum Prior compoſita eſt, nimirum, Admonitio thematis vehementiùs aſſeverata ex præcipuâ ratione aliis verbis repetitâ; quale eſt, *Quare ſiquis in Votis —— voluntatem Dei.* Poſterior ſimplex eſt, viz. Sententiola brevis & acutior de induſtriâ in ultimum locum reſervata, qualis hæc,

——*Vires Ille dat, Ille rapit.*

6ta. In tractatione Chriæ, partes Concluſionis ſunt tres, Prima, Recapitulatio h. e. Propoſitio aliis verbis repetita, ut; *Eſt igitur ſole meridiano — confecturum eſſe omnia.* Secunda, Admonitio vel uſus, cujuſmodi; *ut meritò indecorum — abſterreri.* Tertia, Sententiola ingenioſior vel Adagio acutior, datâ operâ in eum locum ſepoſita; qualis, *Nihil eſt tam difficile, quin quærendo inveſtigari poſſit.* Ter.

7ma. *Quæ cum ita ſint*; *Hæc cùm ita ſe habeant*; Sunt Recapitulationes indirectæ, & aliis poſtponendæ.

---

3. Genera

3. Genera Epiſtolarum, quæ aliàs Tabellæ & Literæ.

1. FAmiliares; apud Ciceronem in Epiſtolis ad Atticum, ſermo familiaris. Macropædio dicuntur Indicativæ; cuidam Pragmaticæ. Suntque vel ſimplices, unicum Negotium indicantes; vel Compoſitæ ſive mixtæ de Rebus variis.

2. Suaſoriæ, monitoriæ & Hortatoriæ; & contrà, Diſſuaſoriæ, Dehortatoriæ.

3. Deprecatoriæ ſive Pœnæ Deprecationes.

4. Purgatoriæ ſive delicti Excuſationes; Defenſoriæ nonnullis.

5. Petitoriæ; uno verbo, Petitiones & ſupplicationes & Libelli ſupplices.

6. Officioſæ; ſine Novi Anni fœlicitatem precandi formulæ.

7. Gratiarum Actiones.

8. Gratulatoriæ.

9. Commendatitiæ; & contrà.

10. Criminatoriæ.

Regulæ.

1. Superioribus addi poſſent, Lamentatoriæ, Conſolatoriæ, Reſponſoriæ ad Conſolationem, Jocoſæ, Graves, &c. Sed in prioribus decem, Pueri Literas repreſentatitias diſcant conſcribere. Cætera ſunt maturioris Judicii, anguſtioris uſûs.

2. De

2. De Inventione & Diſpoſitione teneatur Illud Ovidii, ——— *Conſilium Reſque Locusque dabit.* Methodus Artis hic aut nullum aut perexiguum locum habeat; Methodus Prudentiæ, una eſt & potiſſima. Hinc de Artificio epiſtolari, Regula Macropedii; *Libertas Epiſtolica multa ſemper Arti vel tollere poteſt vel addere.*

3. In Stylo conſpiciatur quædam quaſi Negligentia, præſertim in Epiſtolâ familiari. Eſſet enim, ut plurimum, humilis & Laconica, non Aſiatica. Rectè Lipſius, *Structuram*, inquit, *& Periodum longiorem omnem fugias in Epiſtolâ* : Membris utare, & Aſyndetis ſæpè. Lætior omnis phraſis abdicetur. Pueris tamen, ſi luxurient, vitio non eſt dandum. Ubertatem illam ætas paulatim depaſcet.

---

4. De Romanâ computandi Ratione per Calendas, Nonas & Idus.

Junii dies Romani.

1. Calendis Junii vel Juniis. *Cal. Jun:*
2. IIII.to } [ante] Nonas Junii vel Junias. 4.to 3.tio *prid. Non. Jun.*
3. III.tio }
4. pridiè. }
5. Nonis Junii vel Juniis. *Non. Jun.*
6. VIII.vo } [ante] Idus Junii vel Junias. 8.vo 7.mo 6.to *&c. Id. Jun.*
7. VII.mo }
8. VI.to }
9. V.to }
10. IIII.to }
11. III.tio }
12. pridiè. }
13. Idibus Junii vel Juniis. *Id. Iun.*
14. XVIII.vo } [ante] Calendas Julii, Julias; vel Quintileis, alias vlei & vles 18.vo 17.mo 16.to VIIII.no *&c. Cal. Iul. Quint.*
15. XVII.mo }
16. XVI.to }
17. XV.to }
18. XIIII.to }
19. XIII.tio }
20. XII.mo }
21. XI.mo }
22. X.mo }
23. IX.no }
24. VIII.vo }
25. VII.mo }
26. VI.to }
27. V.to }
28. IIII.to }
29. III.tio }
30. pridiè. }

Submonitiones.

1ma. De tribus Latinorum mensium periodis.

PRincipium mensis Nostri dixêre Calendas.
Sex Majus Nonas, October, Julius & Mars:
Quatuor at reliqui. Tenet Idus quilibet octo.

2da De Numero dierum in singulis mensibus Julianis.

TRiginta Aprilis, Junius, Septemq; Novemque;
Uno plus alii. Viginti Februus octo.

Anglicè.

Thirty dayes hath September,
Aprill, June and November;
The rest have thirty and one
Except February alone;
Which hath twenty eight mere,
☞ And not one more, though't be Leap-yeere.
For bis sexto Cal. Martias in Latine we say,
And by the same reason Februaries 24th. day
Hath every 4.th yeere houres fourty & eight,
Whence to say, 2.de 24.th is right & streight.

3.tiæ De mensium numero, eorumq; Appellationibus.

The Romans in ancient time began their year at March, whence that moneth which since was called Julius, in the honour of Julius Cæsar, was by them called *Quintilis*, because it was their fifth moneth; And that moneth which since was called Augustus, in the honour of Augustus Cæsar, was by them call'd *Sextilis*, because it was their sixt moneth; and so forward, September, 8.ber November, and 10.ber For Romulus-his year had but ten moneths, according to Ovid, *Libro fastorum* 1.mo

Tempora digereret cùm conditor urbis, in anno
Constituit menses quinque bis esse suo.
Martis erat primus mensis, Venerisque secundus,
Hæc generis Princeps, ipsius Ille pater.
Tertius a Senibus, Juvenum de nomine quartus:
Quæ sequitur, mumero turba notata fuit.
At Numa nec Janum, nec avitas præterit umbras,
Mensibus antiquis præposuitque duos.

The other two moneths, Januarius and Februarius, were added, as some say, by Tarquinius Priscus; but according to Ovid, and the Common opinion, by Numa Pompilius, qui singulos menses per Calendas, Nonas & Idus, diesque fastos & nefastos descripsit, as one saith.

4ta. D

4ta. De Græcis mensibus, eorum partibus, Græcáque Numerandi Ratione, brevissimam, quæ est ad Scapulæ calcem, Tractatiunculam perscribere & cognoscere habent Seniores in Classibus sextâ & septimâ.

5. Nomina & Adverbia Numeralia, unà cum Notis Arithmeticis, tam antiquis quàm vulgatis.

1. I.

One. Unus, a, um.
The first. Primus, a, um.
Once. Semel.

2. II.

Two or twaine. Duo, æ, o. Bini, æ, a.
The second. Secundus, a, um.
Of or containing two. Binarius.
Twice. Bis.

3. III.

Thrée. Tres. Terni. Trini.
The third. Tertius, a, um.
Of or containing thrée. Ternarius.
Thrice or thrée times. Ter.

4. IIII.

Foure. Quatuor. Quaterni, æ, a. Quadrini.
The 4.th Quartus, a, um.

Of or containing foure. Quaternarius.
Foure times. Quater.

5. V.

Five. Quinque. Quini, æ, a.
The 5.th Quintus.
Of or containing five. Quinarius.
Five times. Quinquies.

6. VI.

Sixe. Sex. Seni, æ, a.
The 6.th Sextus, a, um.
Of or cont. 6. Senarius.
Six times. Sexies.

7. VII.

Seven. Septem. Septeni, æ, a.
The 7.th Septimus.
Of or cont. 7. Septenarius.
Seven times. Septies.

8. VIII. IIX.

Eight. Octo. Octeni vel Octoni.
The 8.th Octavus.
Of or cont. 8. Octonarius, a, um.
Eight times. Octies.

9. VIIII. IX.

Nine. Novem. Noveni, æ, a.
The 9.th Nonus, a, um.
Of or cont. 9. Novenarius. Nonarius, a, um.
Nine times. Novies.

10. X.

Ten. Decem. Deni.

The

The 10. Decimus, a, um.
Of or cont. 10. Denarius.
Ten times. Decies.

11. XI.

Eleven. Undecem. Undeni, æ, a.
The 11.th Undecimus.
Of or cont. 11. Undenarius.
Eleven times. Undecies.

12. XII.

Twelve. Duodecem. Duodeni, æ, a.
The 12.th Duodecimus.
Of or cont. 12. Duodenarius.
Twelve times. Duodecies.

13. XIII.

Thirteen. Tredecem. Deniterni, æ, a.
The 13.th Decimus-tertius.
Of or cont. 13. Deniternarius.
Thirteen times. Terdecies.

14. XIIII.

Fourteen. Quatuordecem.
Deni-quaterni.
The 14.th Decimus-4.tus
Of or cont. 14. Deni-quaternarius.
Fourteen times. Quatuor-decies.

15. XV.

Fifteene. Quindecem. Deniquini, ve
Quinteni.
The 15.th Decimus-5.tus
Of or cont. 15. Quindenarius.
Deni-quinarius.

Fifteen times. Quindecies.

16. XVI.

Sixteen. Sedecem. Deni-ſeni.
The 16.th 10.mus ſextus.
Of or cont. 16. Deni-ſenarius.
Sixteen times. Sexdecies.

17. XVII.

Seventeen. Septemdecem. Deni-ſepteni, æ, a.
The 17.th Decimus-7.mus
Of or cont. 17. Deni-ſeptenarius.
Seventeen times. Septemdecies.

18. XVIII. IIXX.

Eighteen. Octodecem. Deni-octoni, æ, a.
The 18.th Decimus-octavus.
Of or cont. 18. Deni octonarius.
Eighteen times. Octodecies.

19. XIX.

Nineteene. Novendecem. deni-noveni.
The 19.th Decimus-nonus.
Of or cont. 19. Deni-novenarius.
Nineteen times. Novem-decies.

20. XX.

Twenty. Viginti. Viceni pro vigeni.
The 20.th Viceſimus. Vigeſimus.
Of or cont. 20. Vicenarius.
Twenty times. Vicies pro vigeſies.

30. XXX.

Thirty. Triginta. Triceni pro trgeni.
The 30.th Triceſimus. Trigeſimus.

Of or cont. 30. Tricenarius.
Thirty times. Tricies pro trigesies.

40. XL.

Fourty. Quadraginta. Quadrageni.
The 40.th Quadragesimus.
Of or cont. 40. Quadragenarius.
Fourty times. Quadragies.

50. L.

Fifty. Quinquaginta. Quinquageni, æ, a.
The 50.th Quinquagesimus.
Of or cont. 50. Quinquagenarius.
Fifty times. Quinquagies.

60. LX.

Sixty. Sexaginta. Sexageni.
The 60.th Sexagesimus.
Of or cont. 60. Sexagenarius.
Sixty times. Sexagies.

70. LXX.

Seventy. Septuaginta. Septuageni.
The 70.th Septuagesimus.
Of or cont. 70. Septuagenarius.
Seventy times. Septuagies.

80. LXXX.

Eighty. Octoginta. Octogeni.
The 80.th Octogesimus.
Of or cont. 80. Octogenarius.
Eighty times. Octogies.

90. XC.

Ninety. Nonaginta. Nonageni.
The 90th. Nonagesimus.

Of or cont. 90. Nonagenarius.
Ninety times. Nonagies.

100. C.

One hundred. Centum. Centeni, æ, a.
The 100.th Centesimus.
Of or cont. 100. Centenarius.
An hundred times. Centies.

200. CC.

Two hundred. Ducenti, æ, a. vel duceni pro ducenteni.
Of or cont. 200. Ducenarius.
The 200.th Ducentesimus.
200. times. Ducenties.

300 CCC.

Three hundred. Trencenti. Treceni.
The 300.th Trencentesimus.
Of or cont. 300. Trecenarius.
300. times. Trecenties.

400. CCCC.

Foure hundred. Quadringenti. Quadringeni.
The 400.th Quadringentesimus.
Of or cont. 400. Quadringenarius.
400. times. Quadringenties.

500. D. IↃ.

Five hundred. Quingenti. Quingeni. Quingenteni.
The 500.th Quingentesimus.
Of or cont. 500. Quingenarius.
500. times. Quingenties.

600 DC. IↃC.

Six hundred. Sexcenti. Sexceni pro ſex-
centeni.

The 600.th Sexcenteſimus.

Of or cont. 600. Sexcenarius.

600. times. Sexcenties.

700 DCC. IↃCC.

Seven hundred. Septingenti. Septingeni
pro ſeptingenteni.

The 700.th Septingenteſimus.

Of or cont. 700. Septingenarius.

700. times. Septingenties.

800. DCCC. IↃCCC.

Eight hundred. Octingenti. Octingeni.

The 800.th Octingenteſimus.

Of or cont. 800. Octingenarius.

800. times. Octingenties.

900. DCCCC. IↃCCCC.

Nine hundred. Nongenti. Nongeni pro
Nongenteni.

The 900.th Nongenteſimus.

Of or cont. 900 Nongenarius.

900 times. Nongenties.

M. 1000. ∞. CIↃ. I.

A thouſand. Mille, invariabile.
Milleni, æ, a

The 1000th. Milleſimus.

Of or cont. 1000. Millenarius.

A 1000. times. Millies.

Submonitio.

Submonitio.

M. olim nota fuit, non litera.

2000. II∞. $\overline{\text{II}}$.

Two thousand bookes. Duo millia librorum, vel, Bis mille libri.

The 2000.th Bis millesimus.

Two thousand times. Bis millies.

3000. III ∞. $\overline{\text{III}}$.

Thrée thousand. Tria millia. Ter mille.

The 3000.th Ter millesimus.

3000. times. Ter millies.

4000. IIII∞. $\overline{\text{IIII}}$.

Foure thousand. Quatuor millia, vel Quater mille.

The 4000.th Quater millesimus.

4000. times. Quater millies.

5000. IↃↃ. $\overline{\text{V}}$.

Quinque millia. Quinquies mille.

6000. VI∞. $\overline{\text{VI}}$.

Sex millia. Sexies mille.

7000. VII ∞. $\overline{\text{VII}}$.

Septem millia. Septies mille.

8000. VIII ∞. $\overline{\text{VIII}}$.

Octo millia. Octies mille.

9000. VIIII ∞. $\overline{\text{IX}}$.

Novem millia. Novies mille, vel Novena millia.

10000. CCIↃↃ. $\overline{\text{X}}$

Decem millia. Decies mille.

20000. XX CIↃ. $\overline{XX}$. Etc.
50000. IↃↃↃ. $\overline{L}$.
60000. LX ∞. $\overline{LX}$.
100000. CCCIↃↃↃ. $\overline{C}$
Centum millia. Centies mille. Vel, Centena millia.
200000. CC∞. Etc.
500000. IↃↃↃↃ. $\overline{D}$.
Quingenta millia, Vel, Quingenties mille.
600000. DC ∞. $\overline{DC}$. Etc.
1000000. CCCCIↃↃↃↃ. $\overline{M}$. $\overline{\infty}$.
Decies Centena millia. Anglicè, a million, or a thousand thousand.

Submonitiones.

1.[ma] Quæ sequuntur, Integra potiùs scribuntur, quàm Notis repræsentantur.

Subm. 2.[da]

Observabis in superioribus Notis mutari numeri signum, quoties Numerus a Quinario ad duplum, & a duplo rursus ad quinarium pervenit.

Subm. 3.[tia]

Numeralia Cardinalia respondent Interrogativo, *Quot*; Ordinalia vero Quæstioni, *Quotus*.

Subm. 4.[ta]

Quare, *decies Coronatorum*, *vicies Talentûm*, *&c.* significent, Ten hundred thousand Crownes, twenty

twenty hundred thousand talents, vide Godwini Regulam lib. 3. Antiq. Rom. Sect. 4. cap. 3.

Subm. 5.ta

Unde and *Duode*, being set before viginti or vigesimus, or any kind of greater Article; The one signifieth the Number, wherewith it is joyned, save one; the other, save two; as, *Undetriginta*, thirty save one, *Duodequadragesimus*, the eight and thirtieth, or the fourtieth save two. *Unde-quinquagies*, Nine and fourty times.

Adverbia Ordinalia.

First, Primò vel primùm. Secondly, Secundò vel secundùm. Thirdly, Tertiò, &c.

Numeralia in plex.

Single, simple, of one sort, Simplex.
Double, twofold or of 2. sorts, Duplex.
Triple, Threefold or of 3. sorts, Triplex.
Quadruplex. Quintuplex. Sextuplex. Septemplex & septuplex. Octuplex. Noncuplex. Decuplex, &c. Nonagecuplex, fourescore and ten-fold.
Eadem est Reliquorum Ratio.

Adverbia. Simpliciter. Dupliciter. Tripliciter. Quadrupliciter. Bifariàm. Trifariàm. Quadrifariàm, & sic in cæteris.

Numeralia in plus.

Single, Just so much, or the same quantity, simplus.

Twice,

Twice so much, Duplus.
Thrice so much, Triplus. Quadruplus. Quintuplus. Sextuplus. Septuplus. Octuplus. Noncuplus. Decuplus. Etc. Fourescore and ten times so much, Nonagecuplus. Two hundred times so much, Ducentuplus. Sic, Quingentuplus, &c.

Adverbia. Simplò, Duplò, Triplò &c.

6. Ea Vocabula hoc disticho comprehenduntur, a quibus Romanæ puritatis studiosis sit abstinendum.

SOrdida, Prisca, Nova, Antiquata, Poetica, Dura,
Turpia, Rara nimis vel Peregrina, fuge.

Submonitiones.

1ma. Horum omnium justas Explicationes, Limitationes, Amplificationes, &c v. g. quomodo differant *Sordida & humiliora*; *Prisca & Obsoleta sive Antiquata*; *Nova, Novata & Novo sensu usurpata*; *Qui Scriptores prisci*, &c. Hæc multò expeditiùs & non-infœliciter suggerat viva prælegentis Institutio.

2da. Cum necessitas de rebus obscœnis loqui coget, periphrasi vel honestâ descriptione utendum est.

3^tia. Græca vocabula nunquam, vel raró Latinis interponenda sunt. Rectè Cicero, *Scis*, inquit, *Me Græcè loqui in Latino Sermone non plùs solere,*

quàm

quàm in Græco, Latinè. Tusc. 1.mo

Sunt autem Causæ, quibus Græca Latinis rectè queant admusceri.

1. Græcis vocabulis quæ Antiquitas Latinitate donavit, perinde atque Latinis uti licet; qualia sunt multa Artium & Disciplinarum vocabula; Grammatica, Dialectica. Item Ecclesia, Eucharistia. Etc.

2. Cum Latino vocabulo destituimur, præstat Græcè loqui, quàm barbarè aut parùm Latinè; ut, *Philosophus*, *Theologus*, *Epigrammata*, &c. Sic in *Lapidum*, *Gemmarum*, *Herbarum*, *Morborum*, *Medicamentorum*, &c. Nominibus, Latinis vocibus destituti Græcis ferè utimur.

3. Cum Græca Latinis venustiora sunt aut significantiora magisque vehementia, ut λογομαχία, pro Contentione loquacissimâ seu rixâ; φίλαυτος, Qui sibi placet.

4. Siquid occultiùs scribendum sit amico, quod alios celatum volumus, ut interdum Cicero ad Titum Pomponium Atticum scribens.

5. Joci aut Irrisionis gratiâ; quod etiam Ciceronem fecisse, ipsius scripta facilè contestantur.

Subm. 4.a

Siquis aliquo ex verbis superioribus uti volet, & metuit ne verbi vetustas, novitas aut Insolentia Lectoris offendat aures, necesse est eum hoc modo præfari veniam, *Ut dicam antiquè. Ut Poeta loquuntur. Ut Recentium more loquar. Ut Prisci olim loquebantur. Ut verbo utar Enniano. Dicam Græcè*

Græcè, quò dicam meliùs. Ipsissimus, ut Plauti more loquar. Si mihi permittas vulgato more loqui. &c.

Phil. Melancth.

M*Odus adhibendus est in locupletandis præceptis, ne deterreantur Adolescentes prolixitate.*

Quare, *Pontani Institutionem Poëticam, Buchleri Elegantias, Clarki Ducem Poëticum,* Reliquáque id genus docentium Adminicula præsentissima, si modò apud se Magister tam studiosè consideraverit, ut errantes pueros ex iis pro re natâ semper commonefaciat & doceat; Operæ fortasse pretium ei non videbitur, Hæc & hujusmodi Auditoribus suis proponere ordine cognoscenda, ut qui ad alias operas pensáque alia, quæ nimirum ipsis & ludo magis conformia & propria sunt comperta, vivam stat mque præceptoris Institutionem multo justiùs & fructuosiùs expectare habeant.

Submonitio. An Item. *ad pa.* 21. *suprà.*

HAving loved, having taught, having-red, having heard, and the like, whereunto in Latine there are answering no Participles of the præter-tense, derived of Deponents or Commons; are made in Latine by *postquam, simulac, ex quo,* or something like, and some præter-perfect-tense of a verb Active. As, &c.

5. Some right-profitable observations both for construing and making of Latine. ad pa. 34. suprà.

First; Take you good heed, that those things which now have gotten firm footing in our mother-tongue, do not deceive and abuse you; namely, our Brief-speakings, our Words in Common, our Transpositions and our Ellipses; such as, &c.

Second; Names of places, of times, of metals, and other Nounes material, which in Latine sometimes indeed are Substantives; you notwithstanding, when they are set before other Substantives, and do fitly answer the question, what, put before the Substantive, are to express in Latine, not by Substantives, but by Adjectives Local, Material, &c. As, &c.

Third; You, your, and of-yours, If haply you bespeak many, are in Latine vos and vester; If some one, tu and tuus; as, &c. So, Thy Majesty, thy Goodness, thy Wisdom, &c. when we speak to God. But to the King, Princes, and great men, *vestra Majestas*, Your Highness, your Grace, your Lordship, &c.

Fourth; Him, her, it, its, them, their, As often as they will endure self or own, without a plain solœcism to be joyned to them, are made in Latine by *sui* and *suus*; as, &c.

Fift; Self and own, when they are utter'd with

with a kind of emphasis, most commonly are thus rendred. Self or Own. &c.

Sixt; The reflexive Pronouns, *sui* and *suus*, are never used after the first or second person; As, &c.

Seventh; After tot talis and tantus, the Relatives quot, qualis and quantus, in English are as; as *Præbe te talem, &c.*

Ovid. *Meq; tot adversis cumulat, quot littus arenas,*

Quotq; fretum pisces, ovaq; piscis habet.

——As the shoar hath sands; as the sea [hath] Fishes; and as a Fish, Eggs, *.i.* Spawn-kernels.

Idem. *Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent,*

Parvaq; quot siccus corpora pulvis habet.

——As there shine stars in the Firmament, and as the dry dust hath small bodies.

But when they are not-Relatives, they signifie several things: as, *Quali fide, quali pietate, &c.*

Quod quò magis intelligi posset, fingere jubebat animo tantâ incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi possit maxima. Cat. Maj. ———As possible can be perceived. *Maxima, Pleonasmus festivitatis.*

Eighth; As-often-as Latine Neuters are sufficient for English Passives: The Present-tense in English is made by the Latine Præter-perfect-tense: the Præterimperfect-tense, by the Præter-plu-perfect-tense; As, &c.

Ninth; Among the Latines, an Adverb of denying, or forbidding, is alwayes set before the Verb, contrary to what we English do; As, &c. Before Adiectives, none is often used for not; As, &c.

Tenth; But for onely is in Latine, *tantùm, modò, solùm*; as, &c. But, that is, but that (between a Negative, or Interrogative and a Verb) is *quin, qui non, ut non*; as, &c. But .i. except, (governing a case) *præter*; as, &c. But .i. except, unless (after an Interrogation or Negation) is *nisi, præterquam*; as, &c. *Non possum non legere*, I cannot but read, is a peculiar form, and all like it.

Eleventh; A Noune repeated, with a Præposition coming between, is an Adverb; as, &c.

Twelfth; *Quin*, when 'tis Interrogative is as much as *Quî non? or Cur non?* as, &c.

Thirteenth; The Encliticals *que* and *ve* are to be tailed to that word only, which they couple to the foregoing: as, &c. The Interrogative *ne*, to the first word of the question: as, &c.

Fourteenth; As often as you may change the English, of, for the Præposition concerning, it is the Præposition de in Latine: as, &c.

Fifteenth; In these and such like English speeches, Ovids works, &c. our English tongue seems to have imitated the Latine (which uses ever and anon to set the latter of two Substantives before the former) for Grammatically they should be, The works of Ovid, &c.

Note

Note by the way: As often as you can change the sign of, into the tayling s or his; that of is then alwayes a sign of the Genitive case.

Sixteenth; To and into after Verbs and Participles signifying motion to a place, are alwayes the Latine Præpositions in (governing an Accusative Case) and ad; As, &c.

Seventeenth; Words of many syllables in (ing) are Substantives (not Participles of the present-tense, or Gerunds.)

1. When they admit a plural ending in s; as, &c.
2. When they have an Adjective set before them: as, &c.
3. When the particles a and the go before, and of follows: as, &c.

Eighteenth; Words in ing, after the significations of the Verb *sum*, are Verbs: as, &c. After Verbs of motion, they are first Supines; as, &c.

Nineteenth; The little English word being, among the Latines is for the most part just nothing: as, &c.

Twentieth; These little words (in, with, through, and by) before Nounes personal (God, Men, Angels, &c.) are alwayes Præpositions: as, &c.

An Item. The English Præpositions (by and through) are in Latine *a, ab, ê, propter, juxta*; as, &c.

One and twentieth; In these and the like English speeches; The harder, &c. *Quò* or *Quantò*, answers to the former the; as to the latter, *eò* or *tantò*; as, &c.

Two and twentieth; As for me, &c.

Three and twentieth; Six years since, &c.

Four and twentieth; In our English speech, many times we cannot reach the force of the Verb in Latine, but by adding the particles of, at, to, on, and such like; which therefore in making Latine are to have nothing at all answering unto them: as, &c. *Pendêre spe extremâ dicitur salus alicujus*, Cic. To hang upon a small thred. Howbeit in this case, on and upon most commonly are Præpositions: as, &c.

The very Verb sometimes is omitted: as, &c.

Hither also refer certain Adjectives, such as, &c.

The sixt Supplement. The use of the Gerund in (dum.)

OUr Infinitive Mood is three waies made, either the Gerund in dum, or a Gerundive agreeing with the following Substantive, or the Mood Subiunctive, or Potential, sometimes with the Relative (qui) sometimes with the perfective Coniunction, ut; to wit

1. After Substantives material, such as, &c.

2. After

2. After these Adiectives, aptus, &c. Howbeit in Verse, the Infinitive Mood is many times found after these Adiectives.

3. After the Verbs, Hortor, &c.

Petitoriarum, quæ â pueris in Academiâ Scholas sibi obtestantibus exhiberi soleant, Typi aliquot non-incommodi. ad pa. 78. suprà.

Viro Integerrimo, Magistro. *H.*
C. C. C. Decano vigilantissimo, &c.

V*IR Humanissime, Quasi accola jam sum Academiæ; verus incola nimis esse volui, Scholaris vester. Non quòd doctum aut satis dignum se jam putet, Sed, quò doctus & tuâ gratiâ dignus fiat,* H. *tuus ——— Sic concipit æthera mente.*
Nam, cùm omnes gloriæ & altioris fortunæ incendantur studio, quid ni & pueri? Tua cordata dignitas perpendat, rogo, non qualis jam sit, Sed quis tuo favore, Informatoris diligentiâ, & Numinis benedictione sit futurus brevì

Fâvoris vestri Candidatus
Humilimus,

R. H.

Viro Colendissimo ——— Præsidi longè dignissimo.

Insignissime Præses,

H*Onos alit artes, ut ait Cicero noster*, etiam in *minusculis humani generis characteribus. Nobis pueris quoq; nostra est ambitio*; Mea im*præsentiarum, ut pro innatâ tuâ beneficentiâ* [man*suetudine*] *notaq; ingenii Nobilitate* [Facilitate,] *me puerum indoctum, quò doctior fiam, in vestrorum Scholarium numerum digneris adscribere*. Hic honos *puerilem animum ad omnia magna, summamq;* in *te pietatem eriget incendetq;*.

Favoris tui Cupientissimus,

I. B.

Coll: Magd: Præsidenti longè optimo & spectatissimo &c.

V*IR præstantissime Monuerunt me* nuper pa*rentes mei, concipere se spem aliquam tuæ* in *me gratiæ & favoris. Voluerunt itaq; literariæ mea tenuitatis specimen aliquod tibi exhibeam*; quod & *nunc facio, ut videas quid & quantum* de me puero *duodecimum nunc agente annum sperari* possit in *posterum. Quod nunc tibi offero, Novissimum* est, *quod Eclogariis nobis in quintâ classe* propositum *est exercitamentum. Te vehementer rogo*, faventer *digneris oculo perlustrare; Et, cùm nihil mihi*

magis

magis sit in votis, quàm ut vir doctus & probus evadam, Tibi placeat P--ŭlo tuo Scholaribus Magdalenensibus adnumerato, ad virtutem & literas Animum puerilem incendere atq; inflammare.

Dignitatis tuæ clientulus
indignissimus,
C. P.

Insignissimo viro *D. D. F.* Coll. M. *P.* spectatissimo.

Ornatissime Præses,

Aviculæ quædam æthera cogitant non minùs quàm Aquila; unde nihil mirum, si inter alios multos & Birdulus tuus, Scholaris Magdalenensis titulum locumq; ambiat adfectetq;. Si modò pro summâ, quâ polles benefaciendi & voluntate & facultate, Illum ê triginta tuis unum faceres; Et magna & se majora quædam brevi haberes cum bono numine non cogitantem solùm, sed & patrantem

Dignitatis vestiæ clientulum
humilimum
Johannem B.

Coll. M. *Pr.* spectatissimo *D. D.* &c.

VIR ornatissime, Neq; adhuc potes Birdulum tuum excutere. Ad Scholaris titulum locumq;, quasi dicas ad cœlum summamq; fœlicitatem nimis

nimis miserè cupit advolare. Nisi tu eum ad te traxeris, In terram, hoc est, Servi nescio-cujus Conditionem miseram, ignobilis subsidet. Itaq; miserêre, Vir Optime, periclitantium musarum; quæ, nisi tu prohibeas, Alumnulum suum brevi sunt amissuræ,

Tuæ dignitatis Cultorem
ardentissimum,
I. B.

Viro Integerrimo & doctissimo *D*. &c.

VIR *ornatissime, Rogat efficacissimè, ait quidam, qui rogandi causas exponit; quæ quidem in hâc meâ importunitate, nec nullæ sunt, nec admodum pueriles. Atq; in his primas jure obtinet Præceptoris Incitatio, qui te mihi confirmavit virum beneficum, magnificum, & Beneficia tua, ut supra merita, ita & præter spem quoq;, Beneficiariis tuis non-rarò deferentem. Præceptoris amorem propensissimum excipiunt condiscipulorum affectus & studia; Qui monent, orant, impellunt, cogunt; Et operam, inquiunt, demus sanè, quò, cum annos quatuor simul didicimus, annos plures simul studeamus, incœptaq; à pueris unà cum ætate increscat amicitia, eamq; nos probè intendamus & sanctè, Ex Wainfleti beneficio multos modios salis unà comedentes. Huc accedit patris votum atq; obtestatio, qui, cum, perinde atq; tuipse, verbi Dei est minister, te orat atq; obsecrat, sacerdotali, faveas sanguini potius*

ius quàm infestis Laicis; Qui, quò suo quæstui, um vestro honori, habeant; In id maximè vos cleritos salutare deprehenduntur atq. admirari. Deniq; & Illud te tangat, Præses consultissime, quòd, cum jam ad decimum-quintum usque ætatis annum nec frigidè nec infœliciter musis invigilaverit; Nisi tu tibi Wainfletóque tuo alumnum feceris, Ignobilior, sed quæstuosior, quàm Illa studiorum, est fortasse (Literis sic aversantibus!) St—ŭlum tuum abreptura Occupatio; quâ quidem Illi nihil gravius aut acerbius potest accidere. Jam antè, Satis novi, tuâ motus misericordiâ, multos tibi adoptâsti filios, pientissimos & non-indignos; Sed nemo est, qui Deum, te & literas magis ex animo est culturus, quàm

Dignitatis tuæ Orator devotissimus
G. St.

Insignissimo viro, Coll: M. Præsidi Ornatissimo, *D.* &c.

VIR *Spectatissime, In Candidatorum populo adest & B—ŭlus tuus; qui, cum duos jam ferè annos tuo Collegio vicinus fuerit, Ejus cœleste Oratorium sic admiratur, ut bis quotidiè in eo deum suum adoret; Ejus Luco & ambulacris adeò capitur, ut, quicquid habeat otii â Scholæ pensis, illud apud vos aut ambulando aut honestè lusitando soleat conterere; & nullus dubitat, quin cætera omnia paria sint. Quare non dubitavit tuam, Præses Optime,*

me, rogare dignitatem, quò Wainfleto tuo facias alumnum tibi filiolum & Collegii Scholarem. Quod cum feceris, non tam beatum feceris, quàm gratum; Et non pietatis solùm & doctrinæ bonorúmque morum, sed &

Tuæ dignitatis studiosissimum
C. B.

Coll: M. Præsidi spectatissimo, *D.* &c.

R*Eus est miseriæ suæ, vir consummatissime, qui remedium non quærit; Morbique sui est Causa, qui medicum non solicitat. Quo nomine W--ulus tuus, cùm & auditu sit non solertissimo, & hæc illius aurium non-desperata gravitas nullâ re magis relevetur, quàm audiendo multa; Te rogat, Collegii tui Scholarem facias, promoveásque ad audiendum ea, quæ in Sacello & Aulâ dicuntur, quemadmodum hâc spe atque expectatione ea nunc avidus haurit, quæ in ludo Grammaticali, clarâ voce præceptoris edocentur. De beneficio tanto nihil potest te dignum spondere, nisi quòd certo certius habiturus es, nec ad præcepta tua surdum, nec ad studia & bonos mores tardum*

Dignitatis tuæ Clientulum
humilimum,
Th. W.

Viro

Viro colendissimo *D.*&c. Coll. M. Præsidi Ornatissimo, &c.

IAM tertiâ vice (P. clarissime) supplicat P—*ŭlus tuus , idq; non, ut olim, ex mandatis* parentum *& solo præceptoris ore, sed ex se pluri-* mùm. *Incipiunt ei nunc cordi esse Bonæ literæ, per-* placere *scriptores prisci, posse capi ad Humanitatem* simul *& pietatem eruditio. Ad hæc omnia, videt* quantis *commodis & subsidiis supra nos Oppidanos* fruantur *Collegii Scholares. Quare non modò ite-* rum *atque iterum (ut Cicero noster) Sed & tertiâ* vice *atq; iterum te rogat atq; obsecrat P*—*ŭlus tuus,* se in *Wainfleti tui conscribas familiam, Collegii-* que *Scholarem efficias. Exaudi, P. Optime, pueriles* preces; *Et gratias rependet non pueriles & fluxas,* sed *viriles & benè confirmatas*

Pietatis, Literarum & Tuæ
dignitatis studiosissimus
C. P.

Coll: M. P. Longè spectatissimo, *D.* &c.

Ornatissime P.

SAbbato novissimo parentes meos invisebam. De tuâ *in me & ipsos gratiâ & benevolentiâ tibi* mille *salutes & gratias impertiunt. Sin verò per* tuam *benignitatem Collegii tui Nobilissimi Schola-* ris *nunc adscribar, Nequeo dicere quanto illis fu-*

turum

turum ſit gaudio & ſolamini. Et me quod attinet, Collegii tui Accola jam per menſes aliquod factus, tot in illo virtutis exempla, tot ſtudiorum commoda videor mihi obſervâſſe ut nihil mihi antiquius eſſe poſſit. quam ut per te fiam verus illius Incola; atq; ita commodis illis fruar, exemplis immorer,

Tuæ dignitatis ſervulus &
Orator devotiſſimus
L. O.

Februarii dies Romano-Barbari in Anno Bissextili. ad pa. 81. *suprà*.

1mo	Cal. Februariis.	
2do	4to	Nonas Febr.
3tio	3tio	Nonas Febr.
4to	Pridiè	Nonas Febr.
5to	Nonis Febr.	
6to	8vo	Idus Febr.
7mo	7mo	Idus Febr.
8vo	6to	Idus Febr.
9no	5to	Idus Febr.
10mo	4to	Idus Febr.
11mo	3tio	Idus Febr.
12mo	Pridiè	Idus Febr.
13tio	Idibus Febr.	
14to	16to	Cal. Martias.
15to	15to	Cal. Martias.
16to	14to	Cal. Martias.
17mo	13tio	Cal. Martias.
18vo	12mo	Cal. Martias.
19no	11mo	Cal. Martias.
20mo	10mo	Cal. Martias.
21mo	9no	Cal. Martias.
22do	8vo	Cal. Martias.
23tio	7mo	Cal. Martias.
24to	Bis-6to	Cal. Martias.
Bis-24to	6to	Cal. Martias.
25to	5to	Cal. Martias.
26to	4to	Cal. Martias.
27mo	3tio	Cal. Martias.
28vo	Pridiè	Cal. Martias.

Hanc Bissextilis ordinandi rationem apud nos Anglos tantùm in desuetudinem abiisse, probat Statutum Anno 21. Hen. tertii: *Cujus, inter alia, hæc sunt verba;* —The day encreasing in the Leap-year, shall be taken and reckoned of the same Moneth wherein it groweth, and that day, and the day next going before, shall be accounted for one day.

Submonitio.

PRO duobus hisce Junii & Februarii exemplaribus, Reliquorum mensium Schemata, ope Regu*larum â magistro expositarum, continuare* haben*Pueri ipsi in Classibus sextâ & septimâ.*

Arma virumq; canit, tenui modulatus avenâ
Sylvestrem musam, *Tityre tu patulæ.*
Tityre tu patulæ , cecinit molimine primo
Postera qui repetens, *Arma virumq; canit.*

Erratum. Pag: 58. Lin: 9.

Nil mihi : rescri : bas at : tămĕn ī : psĕ vĕni.
Non; *vestri : tamen : ipse veni.*

Submonitiones duæ.

1 ma *Anapæstorum in fine soni lugubres (vivâ scientis magistri voce apud pueros efformandi) hanc scansionis duritiem abundè compensabant.*

Subm. 2.da *Pentametrum, cum unâ mensurâ brevius sit Hexametro; Etiam brevius Illo â fronte, unius pedis spatio, scribi debet.*

FINIS.